

DOMINICA IV.

Ex Quæst. 6, 7. & 8.

IMAGINIS DEI IN HOMINE
obliterata fons aperitur.

TEXTUS Gen. I, 26. ad 29. usque.

Vers. 26. Postea dixit Deus faciamus hominem
ad imaginem nostram, secundum similitu-
dinem nostram: qui dominentur in pisces
maris & in volucres cæli, & in pecudes & in
universam terram.

v. 27. Itaque creavit Deus hominem ad ima-
ginem suam, ad imaginem, inquam, Dei
creavit eum: marem & fæminam creavit
eos.

v. 28. Deinde benedixit eis Deus: & dixit eis
Deus, fructificate, & augete & implete ter-
ram, eamq; subiicite: & dominamini in
pisces maris, & in volucres cæli, & in omnes
bestias reptantes super terram.

QUÆST. 6. Num ergò Deus hominem
ita pravum & perversum con-
didit?

RESP. Nequaquam: imò verò bonum & ad ima-
ginem sui condidit eum, hoc est vera justitia &
sanctitate præditum, ut Deum creatorem suum
rectè cognosceret, ex animo diligeret, cum eo bea-